



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](#)

res, quos ipsi ad id elegerint, propter præmissa injunxerint. Pius v. ut in privilegiis impressis, fol. 185. & seq. Concessum est etiam Societati à Greg. XIII. V. V. O. quod iam pridem sortitum est suum esse-
tum.

*De electione Confessarii servetur Regula
Et Privilegium Societatis, de quo verbo Ab-
solutio. §. 11. Et verbo Gratiarum usus. §.
2. Quod attinet ad uniones, præcedens privi-
legium revocatum fuit per Gregorium XIII.
ut in eius Bullasub data Kalend. Martii an-
no 1572. quæ incipit: In tanta.*

TRANSLATIO
ad alium Ordinem.


Vide quæ habentur verbo *Apostata*. §.
10. & 11. & verbo *Professi*. §. 2.

VISITATORES.
Indulg. plen. pro Nostris in visitatione.



Ossunt Visitatores Nostræ
Societatis in singulis Colle-
giis & Societatis locis, abso-
lutâ visitatione concedere
Nostris benedictionem, & Indulgentiam
K 6 plena-

plenariam, & hoc in perpetuum. Vivæ
vocis oraculo, concessit Gregorius XIII.
ut in vivæ vocis orac. pag. 126. in fine.
Vide & V. *Indulgentia.* §. 10.



UNIONES.

Revocationes unionum, &c.



Nionibus Monasteriorum,
Ecclesiarum, Prioratum,
aut aliorum beneficiorum
Ecclesiasticorum factis Soci-
etati, vel faciendis per Sedem Apostoli-
cam, nullum præjudicium sit per quascum-
que revocationes & annullationes unionū,
per Leonem x. ejusque Successores factas,
nisi in eis litteræ unionum de verbo ad ver-
bum insererentur, & fieret individua & spe-
cifica mentio de ipsis Monasteriis, & locis,
& Societate. Concessit Leo x. Camaldulen.
per Bullam, dat. 4. Non. Jul. 1513. Inc.
Etsi à summo: est 2. in Bull. comm. §. 46.
& Eug. iv. Benedictinis per Bullam, dat.
prid. Kal. Jul. 1436. Inc. *Ad Monasterium:*
est 14. in Bull. Regul.

*Potest nihilominus Episcopus examinare
uniones, an sint subreptitiæ, juxta dispositio-
nem Concilii Trident. sess. 7. c. 6. de Reform.
Et sess. 24. c. 13. Vers. In unionibus.*

Vide verbo *Simonia.*

VO.

VOTA.

§. I.

Tria vota simplicia, ex Apostolica institutione, & declaratione, verè substantialia esse.



Rria Paupertatis, Caslitatis, &
& Obedientiæ vota, post bi-
ennium Probationis in Socie-
tate emissæ, etsi simplicia, ex
Apostolica institutione & declaratione,
verè substantialia Religionis vota esse, &
in illis non nisi per Sedem Apostolicam dis-
pensari posse, nulloque alio modo, quām
per legitimam à Societate dimissionem ea
cessare, habetur in Constit. Gregorii XIII.
pag. 77. & seq.

§. 2.

*Non claudicat contractus, &c. in votis
simplicibus.*

In simplicibus Societatis votis, nec con-
tractus vitiosè claudicat, nec injustitia ullā
intercedit. Gregorius XIV. in sua Constit.
pag. 97.

§. 3.

*In votis simplicibus Professorū solus Pa-
pa post dispensare.*

Vota simplicia Professorum, de non
relaxandis Constitutionibus in materia pau-

pertatis, & non ambiendi extra Societ. sunt dispensabilia à solo Papa. Paulus v. per Bullam dat. 31. Jan. 1618. Incipit: ex incumbenti; quam retulit, & confirmavit Urb. viii. per Bull. dat. 25. Jan. 1631. Incipit: *Vota que Deo fiunt.* est 160. in Bull. communi. p. 113.

§. 4.

Obligant etiam post dimissionem.

Votum supradictum, non ambiendi, non cessat obligare, per quamcumque dimissionem à Societate. Urb. viii. per Bullam dat. 21. Maji 1635. Incipit: *Cum sicut accepimus, &c.* est 196. in Bull. comm.

De votorum commutatione, vide verbo *Commutatio*; & de eorum dispensatione, vide quæ dicuntur verbo *Dispensatio*. §. 10.

Vota Societatis, vide verbo *Religiosus*.
§. 1. Et quoad irritationem Matrimonii, vide verbo *Apostata*.



IN-